3045

Illustri Jacquin

S. P. D.

Spielmann

Humanissimas ad me dedit Reverendus Wulfen literas, cum officium
pro fungitur ignorem responsorias hic adjicio Te enixe rogans ut
cures quod rite ad eum perveniant. Circa inserendas meae collectioni
mineras quas Tuae liberalitati debeo nunc occupatus, suavissima volup-
tate perfusus quantum Tibi debeam gratissimus agnosco, omnem
operam intendam ut Tibi quaedam quoque fossilia queam
offerre; praeter Sabulum bituminosum ex Alsatia nil probus
exhibere [de nostratibus] cum minerarum exploratio in totum fere cessaverit
si mineras Ferri excipias, ad hae pro majori sunt terrestres, in hodum
haematites. Qui alterum Miscellaneorum exemplar sibi compararet
avide cupiens non inter nos Sedavri degit, cum aliquem de haeredibus
videro, quae mihi mandasti eis referam. Nullus debito quod Tibi

Dominus Cropp Hamburgensis schedulam una cum pretio exemplarium secundi voluminis Miscellaneorum exhibuit. Quae circa stirpes Americae pictas nuntiasti Marchioni Badensi transscripsi, nondum respondit et multum metuo Principem vel nimis oeconomum se deterri passurum pretio ab acquisitione operis splendidissimi.

Ut mox in integrum sanitati reddaris animitus opto. Oleo unguinoso sulphur non tam solvere quam totum resolvere, hepar sulphuris aerem absorbere, in vasis clausis principium inflammabile inde mox secedere nuper vidi. Guilandina dioica L. hoc anno floruit, omnes flores erant hermaphroditi; semina quoque quae ab arbore deciderant cepi, sed cum ad ea hortulanus non attenderit putrida. Vale Vir Amicissime et me Tui si quis alius studiosissimum amare perge.

Dabam Argentorati IX Xbris MDCCLXXXI.

STRASBOURG

Spielmann.

v. 16. febr. 1782.

16

A Monsieur

Monsieur Jacquin

Conseiller des Mines et

Professeur de l'Université

4

à

Vienne

en Autriche

DSI

Illustri Jacquin
S.P.D.
Spielmann

Multum dolui quod literas Tuas vere jam provecto acceperim, cum semina nostra jam inter amicos distribuerim, aut terrae commiserim, collegi paucissima quae adhuc remanserant eaque Tibi his ipsis literis inclusa exhibeo. Per aestatem quae desideras specimina ut exsiccentur curabo. Semina quae mihi communicas laetus exspecto, gratissimus accipiam, sed doleo quod portitorii portionem Tu solveris, quae non cum ordinario epistolarum cursu venit, posthac mihi des, ut illorum portitorium mihi soli relinquas enixe rogo, nolo quod Tibi etiam sint onerosa, quae generose mihi semper concedis. Temperies quae nunc aëri reddita esse videtur ut Tibi quoque sanitatem reddat animitus apprecor, illam Tuam hypochondriacam quae Te per omnem hyemem vexavit finem facturam spero. Vale Vir Carissime & mihi ulterius fave. Dabam festinante calamo et mente variis negotiis distracta XXV Aprilis MDCCLXXV.

16.

A Monsieur

Monsieur Jacquin 16

Conseiller des Mines et Professeur

de l'Université

franco Augsbl

à Vienne
en Autriche

Spielmann
v. 14 Oct.
1775.

DSI

S P I E L M A N N, Jacob Reinhold - German Physician, Chemist & Botanist

B. March 15, 1722. Strassburg
D. September 9, 1783. Strassburg

Descending of a family of many generations of pharmacists he first studied his family-profession, then medicin, chemistry and botanics. Famous Scholar, created the botanical garden of Strassburg and wrote among other important works the "Institutiones Chemiae", a "Pharmacopoea Generalis" and "De causticitate".

1. A.L.S. 1 p. 4to, (Latin) October 14, 1775 to the noted metallurgist N.J.JACQUIN at the University of Vienna.

2. A.L.S. 2 p. 4to, (Latin) February 16, 1782 to the same addressee.

WEINER